UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Approbatio Theologorum, Et licentia Ordinis pro Versione, Censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Visual Library

Approbatio Theologorum,

Et licentia Ordinis pro Verſione,

Cenſura.

VErus Eccleſiaſticus ab A. R. P. Domino Joſepho Manſi ſæpius Italicè editus, nunc vero à R. P. Adriano à S. Franciſco Provinciæ Allemanniæ inferioris ſacerdote profeſſo &c. in Latinum translatus, & à me infra ſcripto ex commiſſione admodum R. P. Provincialis Noſtri accuratè perlectus *nomen & omen habet*: nec enim in ullo diſſonus eſt, aut rectæ fidei aut regulis morum; imo vero tam ſalubriter regulat mores Eccleſiaſticorū quorumcumq; cujusvis etiam Dignitatis, Conditionis, Religioſi ordinis, aut functionis, vt quilibet in illo, genuina veluti vitæ Clericalis idea, altiſſimæ ſuæ vocationis eminentiam ſpeculari non tantum, ſed & opere ipſo in ſe efformare valeat, practicè, nimirum inſiſtendo inibi traditæ doctrinæ, cuilibet in ſortem Domini vocato ſummè utili, quid ni & neceſſariæ; optandum proinde foret, ut libellus hic (practicum ſane Clericalis perfectionis compendium) eccleſiaſticorum omnium tereretur manibus, imprimeretur cordibus, exprimeretur moribus: Quare digniſſimum judico qui ad communem utilitatem publici juris fiat. Ita cenſeo & ſentio in Carmelo noſtro Antoniacenſi in Vigilia nati D.N.J.C. Anno 1692.

Fr. Cunibertus à S. Huberto ſacroſanctæ Theologiæ Lector Emeritus ac Carmeli Antoniacenſis pro temp. Prior.